

chezza con Iacopo
da Torso,

perchè egli desidera
sopra ogni cosa
d'esser amico di
uomini buoni e
dotti.

Accusa però la
propria negligenza
a tal riguardo,

atteso che da più
anni ha conosciuto
Iacopo, suo condiscipolo a Bologna,
e sin d'allora voleva guadagnarsi
l'amicizia di tant'uomo, pur essendo
allora giovane e sconosciuto.

L'essere Iacopo
friulano era un primo
legame tra di loro,
ed in seguito essi
diventarono più intimi.

Senonchè più tardi,
allorquando Iacopo fu dalla sua
città incaricato di
molteplici affari, lo
vedeva di rado, pur
serbando la più alta
stima per lui.

iudicio magni inprimis atque precipui. ac velim quidem talium hominum familiaritate tam dignus esse quam sum avidus, tamque facile consequi eos posse quam amare. est enim illud michi non inter extrema desiderium; nescio an inprimis posuerim; ut bonis doctisque viris et amicus sim et familiaris. verum, quod ad hanc rem attinet, effecisti litteris tuis ut recognoscerem negligentiam meam, qui me parcius illi committerem quam aut ipse vellet aut ego desiderarem. neque enim nunc a primo virtus sua, probitas, moderatio humanitasque michi nota sunt, aut ego nunc primum illi visus; vereor ne plusquam satis diu cognitus. nam ante plures annos, quo tempore ille scholasticis studiis suis terminum fecit, cum in ore atque^(a) in oculis omnium esset, primum michi Bononie et visus et cognitus est. tum ego illum magna et virtute et fama peditum, rudis atque in ea studia novus veniens primum amavi, curavique, quam primum fieri iustis rationibus potuit, ut suis essem. primos aditus vicinitas^(b) patrie dedit, quoniam^(c) non modo cives nostros sed et eos qui ex primis regionibus sunt, maiore quadam affectione suscipere apud exteros solemus; familiaritatem deinde et maioris benivolentiae gradus conversatio frequens conciliavit. post ea tempora, cum multos et graves^(d) pro sua republica a se susceptos labores^(e) audissem, grandes res tentatas plerasque confectas, quedam etiam per summum negotium a se dictata^(f) aliquando legissem, raro tamen eum videre licuit, cum semper animo colerem, dignusque michi semper visus esset, qui ab omnibus cole-

(a) *B corr. di seconda mano oratione in ore atque* (b) *Ra aditus Venetias* (c) *BP quando* (d) *P Ra multas et graves res tent.* (e) *B om. labores* (f) *P dictata*

circa, congetturando che l'incontro testè avvenuto avesse luogo a Siena o comunque nell'ambito della Curia Romana. Che l'epistola fosse indirizzata allo Zabarella, lo desumiamo non soltanto dal contenuto, ma anche dal luogo che occupa nei codici, dove essa si legge tra le lettere dettate allo Zabarella nel detto torno di tempo. Per notizie su Iacopo del Torso ved. L. ZANUTTO, *Fra Bernardo vescovo Nusciano*, Udine, 1912, p. 22 (doc.

della laurea del 1389 nella Collezione Mantica, vol. XXI, della Biblioteca Civica di Udine); id., *Iacopino del Torso pievano di Tricesimo e Nicolò de Rugis suo competitore*, ivi, 1915; id., *Il protonotario Iacopino del Torso e le sue legazioni nel tempo del grande Scisma (1407-8)*, ivi, 1903; E. DEGANI, *Il codice diplomatico di Antonio Pancera da Portogruaro*, pubbl. dalla R. Dep. Veneta di Storia patria (Miscellanea, serie II, vol. IV), 1898, p. 57.